




# Gospel for the Feast of the Holy Innocents


Tonus antíquior

**D**  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.


**I**  -n illo témpore: Angelus Dómini appáru-it in somnis Joseph, dicens:


 Surge, et áccipe pú-erum, et matrem ejus, et fuge in Ægýptum, et esto


 ibi usque dum dicam ti-bi. Futúrum est enim, ut Heródes quærat

 pú-erum ad perpéndum e-um. Qui consúrgens accépit pú-erum, et


 matrem ejus nocte, et secéssit in Ægýptum: et erat ibi usque ad óbitum

 Heródis: ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam


 dicéntem: Ex Ægýpto vocávi Fí-li-um me-um. Tunc Heródes videns




quóni-am illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit




omnes pú-eros, qui erant in Bétlehem, et in ómnibus fínibus ejus, a




bimátu et infra, secúndum tempus quod exqui-sí-erat a Ma-gis. Tunc



adimplétum est quod dictum est per Jeremí-am prophétam dicéntem:



Vox in Rama audí-ta est, plorátus, et ululátus multus: Rachel plorans



fí-li-os su-os, et nólu-it consolári, qui-a non sunt.